



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

1. Res. A Quo Episcopo debeat esse approbatus Confessarius per
lubilæum eligibilis? Idem est dicendum, si ex vi Bullæ Cruciatæ
Confessarius sit eligendus. Ex p. 5. tr. 12. resol 53. aliàs 52.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

cipiunt. Et fortassis credeat subsidium Cruciatæ, si huius doctrina sint conscientiæ, cum possit sacerdotem contingere, plures nullam Bullam defunctorum accipere, cum possint aliquam ex eo quod non valent plures sumere, & plures sint defunctorum, ad quorum leuamen conandum sunt tenent atque adeo, ne vnum alteri præficiant, nullam Bullam accipiunt. Hac omnia Mendo, que licet ingeniose, & probabiliter excogitata sint, tamen ego non recedo à sententiæ Patris Bardicæ, cum sit magis conformis citata Bullæ, & modo loquendi omnium expitorum.

5. Oberendum est tamen hic contra Camillum incepto Bull. Defunctorum part. 2. cap. 9. quod accepta Bulla defunctorum pro Anima Antonii, mox è flammeo eripitur; quia indulgentia est totalis, & anima est in gratia, & effectus indulgentie est infallibilis (modo explicato supra) consequenter sequitur, animam eilam, cui indulgentia applicatur, è penitentia illuc liberari. Ita et Trollech P. Escobar in Theol. mor. lib. 8. scđ. 1. c. 38. & 35. & alij. Et quidem ex parte animæ præter statu gracie nulla alia dispositio necessario requisita deficeretur: ex parte vero indulgentie, cum totalis sit, utrum penitentia pluribus criminibus expiandis addictezeatur grauitatem.

6. Sed non deseram hic pro curiosis casum curiosum apponere, quem excogitauit Pater Mendo ubi supra dicta 36. capite 3. num. 23. An animam, quæ à corpore soluta in Purgatorium est destinata, possit Pontificis liberare, ut neutrinquam in Purgatorium ingrediatur? Et affirmatiue respondet. Non enim, ait, aperio, cui nequeat Pontifex ante obitum assertere,

TRACTATVS QVARTVS DE IVBILÆO.

RESOLVTIO PRIMA.

A quo Episcopo debeat esse approbatus Confessarius per Iubilam eligibilis?

Iam si dicendum, si ex vi Bulla Cruciatæ Confessarius si eligendus. Ex part. 5. tract. 12. Ref. 53. alias 51.

RIMÀ opinio affirmit quod sufficit approbatio Episcopi loci, in quo auditurus est Confessarius confessiones licet penitentis in Iubilam ipsum eligens sit alterius Episcopatus. Ita Layman lib. 5. tract. 6. c. 11. n. 9. Lezana in qq. reg. c. 19. n. 4. p. 19. Floron de cas. ref. p. 1. c. 4. §. 1. n. 6. Guttierr. in qq. can. lib. c. 27. num. 6. Campan. in dñier. inv. canon. nro. 11. c. 13. n. 77 Homobon. de exam. Eccl. part. 1. tr. 5. c. 9. 14. & 15. Barbosa de port. Episcopi p. 2. alleg. 25. n. 45. & alij.

2. Secunda opinio docet, quod satius erit si Confessarius fuerit approbatus ab Episcopo, seu Ordinario penitentibus habentibus per Iubilam facultatem eligendi quilibet approbatum ab Ordinario, licet non ad finem approbatio Episcopi loci. Ita Sotus in 4. dis. 18. q. 4. art. 5. & alij., quos citat Bossius de Iubilao scđ. 3. cas. 2. §. 6. n. 202. inquit §. 7. n. 21.

3. Tertia opinio tenet sufficere approbationem

Episcopi eiusdem Confessarij, ita ut Sacerdos a suo

Episcopo absolutè simpliciter approbatus ad audienc-

(si ista causa adsit) concedo indulgentiam plenariam per modum suffragij huius animæ, cum primum à corpore solvatur, illico ei applicandam, aut immediate, aut medio opere, quod, ut conditionem exigo ab alio viuenti, ad hoc apponendam, antequam ille moriatur, ut statim solvatur è thesatro Ecclesie quidquid debet. Quæ enim repugnantia est, ut indulgentia concedatur pro tempore sequenti, sicut & alia priuilegia sic concedi possunt? Quod si sic indulgentia concederetur, iusta interueniente causa certius esset quod absque poeniarum experientia anima bearetur, quam si in articulo mortis indulgentia plenaria ei fuisset concessa, & ab ipsa anima adhuc viuentे obtenta; nam per eam indulgentiam omnis pena remittitur; sed pena correspondens culpis remissis: potest autem contingere, moribundum non soluisse de aliquo, aut de aliquibus peccatis venialibus, eaque non fuisse remissa usque ad instans post obitum: penaque pro eis debita non fuit per eam Indulgentiam relaxata; sed est in Purgatorio solvenda: quod non contingit in casu post mortem, in quo indulgentia per modum suffragij applicetur pro primo instanti post mortem, in quo omnis culpa, si aliqua restabat, remittitur, medio actu doloris, quem tunc elicere animam defuncti, affirmant plures, vel per Dei condonationem. Huc usque Mendo.

In indice primo huius Tom. 4. lege Apendicem ad hunc Tract. 3. ubi inuenies alias multas diffic. missas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Ref. quæ simul pertinent ad tunc Tract. 3. de Bulla Cruciatæ, &c.

N
E
n
ia
I
L
I
V
V
III

das confessiones possit ubique terrarum eligi ab habente facultatem eligendi quemlibet Confessarium ab Ordinario approbatum vi Iubilæi, licet non sit approbatus ab Episcopo penitentis, vel loci. Ita Suarez in 3. part. disp. 28. scđ. 6. n. 10. & scđ. 7. n. 1. & 8. Filliuc. part. 1. tract. 7. c. 9. n. 260. Fagund. præc. 2. lib. 7. c. 2. n. 92. & alij. Omnes istæ tres sententiae sunt probabiles.

4. Vnde ego absolutè puto quod concedente Bulla, vel Iubilæo, aut priuilegio Pontificis facultatem eligendi Confessarium approbatum ab Ordinario, Sacerdos siue secularis, siue Regularis semel absoluere approbatus a suo Ordinario Episcopo, siue ille Episcopus sit originis, siue beneficij, siue domicilij, & siue sit Episcopus penitentis, siue Confessarij, siue loci, ubi audiuntur confessiones, & consequenter à quocumque Episcopo, seu Ordinario simpliciter approbatus, vi talis Bulla & Iubilæi, vel priuilegijs potest ubique terrarum licet & valide eligi saltē quoad forum conscientia. Et ita ego docui loquens de Bulla Cœne, in 1. part. tract. 11. ref. 7. cum multis Doctoribus quibus nunc addo Medinam in 1. 2. quest. 19. art. 6. circa fin. & Bossium de Iubil. scđ. 3. cas. 2. §. 7. num. 215. vbi man. 225. responderet ad quafdam declarationes sacrae Congregationis, & docet quod ut prædictæ declarationes ad modum legis obligent in vroque foro, non sufficit ut sint signatae sigillo ipsius Congregationis, sed insuper requiritur, vel quod Papa det Breve, quo iubeat illas seruati, vel quod Auditor Camerae doct. huius det

Ref. & in det monitorium in eatum executionem, seu sub ecentom, §. tr. 1. fura mandet seruari. Ita ille, quod mihi non placet, Ref. 24. §. Nam ex decreto S. D. N. Urbani VIII. dictæ declaratio[n]es sacrae Congregationis faciunt fidem in iudicio & extrâ, si in authentica forma, solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Praefecti ac Secretarii eiusdem Congregationis pro tempore existentium munita fuerint, aliter minime. Verba autem decreti sunt hæc. Cum ad notitiam huius sacrae Congregationis peruerterit, quāplures declarationes, decreta, seu decisions sub nomine eiusdem sacrae Congregationis absque illius autoritate impressas in libris, seu aliis operibus circumferri & allegari, multasque ex declarationibus, decretis, seu decisionibus iuxta contingentiam casuum, illorumque qualitates, & circumstantias, à se diuersis temporibus factas, secundum ea, qua propegeabant, fuisse alteratas, immutatas, diminutas, ac forsitan alias mentio S. Congregationis nomine confectas, nulloque propterea authenticum sigillo munitas, illasque per Tribunalia tam in Urbe, quam per orbem circumferri & allegari, considerans eadem sacra Congregatio Ritu[m], quantum detrimenti recipi possit si aliqua fides illis adhibetur ex speciali S. D. N. Urbani VIII. iussu mandat, & præcipit huiusmodi declarationibus, decretis, seu decisionibus, tam impressis, quam imprimendis, ac etiam manuscriptis nullam fidem in iudicio, vel extrâ esse adhibendam, sed tantum illis, quæ in authentica forma, solito sigillo & subscriptione Eminen. Cardinalis Praefecti ac Secretarii eiusdem Congregationis pro tempore existentium munita fuerint. In quorum fidem hæc propria manu subscrivimus, & sigilli proprii S. Ritum Congregationis impressione communiri ac typis mandari iussimus. Dat. Romæ die 11. Augusti 1612. C. Episc. Port. Card. Pius locus † sigilli. Iul. Rispiglof. Secr.

RESOL. II.

An per Jubilatum sit eligibilis in Confessarium Parochus, qui renuncianit beneficium, vel ab ipso fuit priuatus? Idem est, si per Bullam Cruciate dictum Parochus eligatur.

Et infertur, quod si Parochus beneficium amittit, vel illud relinquit per ingressum Religionis; poterit eligi virtute Jubilai, quo penitenti conceditur facultas eligendi in Confessorem Sacerdotem approbatum.

Etiamque deducitur, quod Parochus poterit ei, qui antea erat Parochus dare facultatem audiendi confessiones in sua Parochia.

Et docetur Parochum adhuc habentem beneficium Curati, non solum esse eligibilem per Jubilatum intra eandem Diocesim, sed extra & ubique terrarum. Ex p. 5. tr. 12. Ref. 47.

Quæ hic est §. 1. Negatiu[m] respondeo cum DD. quos ego ipse sup. in tr. 3. citaui in 1. part. tract. 11. resol. 8. loquens de Ref. 18. §. Bulla Cruciate, quibus nunc addo Fagundez prec. 2. lib. 7. cap. 2. num. 38. Floronum de cibis refer. part. 1. cap. 4. §. 12. num. 7. & Barbosam de potest. Episcop par. 2. allegat. 25. num. 18. quia Concilium ad hoc vt Parochus reputetur idoneus ad confessiones, exprefsè requirit vt beneficium actu habeat, vt paret ex illis verbis, nisi aut parochiale beneficium habeat, & non addit aut habuerit, ergo, &c. Et hanc opinionem ego teneo tanquam probabilem, & ita hanc sententiam tenet etiam Ludouicus de la Cruz in Bulla Cruc. disp. 1. cap. 2. dub. 7. num. 10. qui tamen num. 4. merito contrariam sententiam probabilem vocat cum Villalobos, Ioanne de la Cruz, & Rodriquez, quibus adde Trullench vbi infra, num. 4. quia talis Parochus habebat approbationem ab Ordinario, imd & ab ipso iure, sed per ablatio-

nem, vel amissionem etiam per item beneficij parochialis solum tollitur ei iurisdictione, non vero approbatio: ergo manet eligibilis per Bullam. Consequenter cum maiori & minori probatur, approbatio enim non habet necessariam dependentiam & connexionem cum parochiali illo beneficio: ergo non eo ipso quod afferatur beneficium, afferatur approbatio. Hinc autem inferunt primò quod si Parochus beneficium amittit, vel illud relinquit per ingressum Religionis, poterit eligi virtute Jubilai, quo penitenti conceditur facultas eligendi in Confessorem Sacerdotem approbatum, quia non amisit simplicem approbationem, etiam posita Papa per speciale Jubilai privilegium ei confert iurisdictionem. Inferunt secundò quod Parochus poterit ei, qui antea erat Parochus, date facultatem audiendi confessiones in sua Parochia, quia hoc poterat ante Trident. concedere & simplici Sacerdoti, fi Tridentinum vero solum addidit approbationem, quam post adhuc ille retinet: ergo, &c.

2. Sed quicquid sit de hoc, certum est Parochum adhuc habentem beneficium Curati, non solum esse eligibilem per Jubilatum intra eandem Diocesim, sed extra & ubique terrarum, & ita contra Layman lib. 5. tract. 6. cap. 11. num. 7. Floronum de cibis refer. part. 1. cap. 4. §. 12. num. 2. Homobonum in eccles. part. 1. tract. 5. cap. 3. quaf. 15. & Gutierrez lib. 99. Canon. cap. 27. num. 21. docet Trullench in Bulla Cruciate, lib. 1. §. 7. dub. 4. num. 3. Ioannes Valerus in differ. vir fori, ver. ab solv. differ. 1. moner. 16. Molanus in summa, tom. 1. tract. 7. cap. 15. numero 89. Fagundez part. 2. lib. 7. cap. 2. numero 36. Suarez, tom. 4. in 3. pat. disp. 28. sect. 4. num. 18. Henriquez lib. 3. de panis. cap. 8. in fine, & num. 7. initio. Toletus in summa, lib. 1. cap. 13. num. 6. & alij. Et ratio est, quia huiusmodi beneficiatus ex Concilio Tridentino nullam aliam approbationem requirit, præterquam quod Parochiale beneficium habet, vt possit confessiones secularium audire. Quo ergo fundamento addemus ultra beneficium parochiale requiri etiam approbationem per Episcopi. Secundò probatur, quia, vt Suarez notat, Concilium quoad hanc partem non tam conditius nouum, quam retinet antiquum, nam de iure antiquo quilibet Parochus poterat eligi in Confessarium per quamcumque facultatem, & per delegationem & commissionem propriarum oviūm factam ab aliis Parochiis: ergo & modò poterit, cum idem ius omnino perleueret, numquam enim recessendum est à iure antiquo proper nouum, nisi quatenus id in eo exprimitur. Tertiò probatur, quia si extra diocesim non posset eligi, nec etiam extra suam Parochiam intra eandem posset, cum ex vi beneficij solum videatur approbatu[m] pro sua Parochia, & nihilominus ex vi Concilij reputatur illa approbatio sufficiens pro aliis Parochiis sua Diocesis, quia Minister publicus debet simpliciter reparari sufficiens, vt ibi eligatur, ergo, &c.

RESOL. III.

An in aliquo casu sit eligibilis per Jubilatum Sacerdos non approbatus ab Episcopo sed a Parochio? Et an Parochus possit suis subditis licentiam præbere, & confiteantur cum Sacerdotem approbatu[m] ab Episcopo anterioris Diocesis, seclusa prohibitione proprii Orationis? Ex p. 5. tr. 12. Ref. 48.

§. 1. Vampus verum sit Parochi approbationem. Qalicu[m] Sacerdotis non esse sufficientem, ne quantumvis electus sancta vita & doctrina sit, vititer multos probat. Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 3. sect. 4. num. 3. Tamen Ludouicus de la Cruz in Bulla Cruc. disp. 1. cap. 2. dub. 10. num. 11. censet satis probablem